



Dies pulcherrimus erat. Tam calidus et mollis quam pennae gallinae. Sed dies Lunae, quod doleo. Et horologium ingens supra introitum scholae iam quadrantem post octavam horam monstravit, dum Sprotta in aulam volat.

»Stercus!«, dixit, imposuit laboriose birotam in stationem rubiginosam et traxit peram de retinaculo sarcinae. Tum contra scalas assultavit et per aulam otii desertam cucurrit.

In scalis fere in dominum Mausmann, vilicum, irruit.

»Eho!«, ille dixit et miculas panis caseati male devoravit.

»Excusa!«, Sprotta murmuravit – et currere perrexit. Etiam nunc per duo vestibula, tum denique anhelose ante portam classis stetit. Intus nemo muttire audebat. Ut semper apud magistram Rose. Sprotta iterum respiravit, pulsavit portamque aperuit.

penna gallinaria f. = *Hühnerfeder*; **dies Lunae m.** = *Montag*; **quod doleo** = *leider*; **horologium -i n.** = *Uhr*; **introitus -us m.** = *Eingang*; **quadrans, -antis m.** = *Viertel*; **stercus, -oris m.** = *Mist*; **birota, -ae f.** = *Fahrrad*; **statio, -onis f.** = hier: *Fahrradständer*; **rubiginosus, -a, -um** = *rostig, verrostet*; **pera, -ae f.** = *Ranzen, Schultasche*; **retinaculum sarcinae n.** = *Gepäckträger*; **scalae, -arum** = *Treppe*; **contra scalas** = *die Treppe hoch*; **assultare** = *stürmen*; **aula otii f.** = *Pausenhalle*; **vilicus, -i m.** = hier *Hausmeister*; **irruere** = *in jmd. hineinrennen*; **micula, -ae f.** = *Stückchen, Krümel*; **panis caseatus m.** = *Käsebrot*; **male devorare** = *sich verschlucken*; **murmurare** = *murmeln*; **vestibulum, -i n.** = *Flur*; **anhelose Adv.** = *atemlos, keuchend*; **muttire** = *sich mucksen*; **respirare** = *Luft holen, atmen*;

